249

qui salutem perdere non dubitauerit
cum offenderit d(eu)m. Quis enim certus
est etiam quod imperator ignoscat; et ta
men paecunia funditur. maria transe
untur. procellarum incerta subeun
tur. et paene uit mors euitetur. mors
ipsa suscipitur. supplicatur deinde per
homines homini; sine dubitatione fi
unt ista. cum sit dubium quo fine pro
ueniant. et tamen certiores sunt claues
ecclesiae quam corda regum. quib(us) cla
uib(us) quodcumq(ue) in terra soluitur. et i
am in caelo solutum promittitur. et
multo est honestior humilitas qua se quis
q(ue) humiliat ecclesiae d(e)i. et labor minor
imponitur. et nullo temporalis mortis
periculo mors aeterna uitatur.

EXPLIC DE PAENITENTIAE MEDICINA

## INC. DE PAENITENTIA NINIVETARU(M)

Nineuitis Ionas ad eos missus aduenit. Et quia
deo cura est de omnibus quos creauit. iudae
us homo fit propheta gentilibus. atque
illa urbs populis magna uel spatiis hebraeo
praedicante mox paruit. et male glori
osa ciuitatis ambitio feliciter coartatur.
Nam nisi fuisset territa. laetificata non
esset. facta est ergo de pauore secura.
de foeditate formonsa. de tempestate
tranquilla. Nec mirum si naufragium
est passa terroris. quam propheta nau
fragus arguebat. Sub quo fluctuauerat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_210/0503